



MISSÆ PROPRÆ ARCHIDIŒCESIS FRIBURGENSIS

JUTXA KALENDARIUM A S. RITUUM CONGREGATIONE DIE 15 APR. 1914 APPROBATUS

FESTA NOVEMBRIS

Die 27 et 28 Novembris

De Octava S. Conradi Ep. et Conf.

Semiduplex

Missa ut in Festo. 20*

In Adventu 2^a Oratio Feriæ, 3^a de sancta Maria Deus, qui de beátæ; extra Adventum 2^a Oratio de sancta Maria Concéde, 3^a contra persecutores Ecclesiæ vel pro Papa.

Die 29 Novembris

De Octava S. Conradi Ep. et Conf.

Semiduplex

Missa ut in Festo. 20*

Et, in Adventu, fit Commemoratio Feriæ, deinde Vigiliæ S. Andreæ apostoli ac S. Saturnini Mart., ut in Missali hac die, et in fine legitur Evangelium Vigiliæ.

¶ Missæ privatae dici possunt, uxta Rubricas, etiam de Vigilia

S. Andreæ Ap., cum Commemoratione Octavæ S. Conradi, in Adventu, Feriæ, ac S. Saturnini.

FESTA DECEMBRIS

Die 1 Decembris

De Octava S. Conradi Ep. et Conf.

Semiduplex

Missa ut in Festo. 20*

Et fiunt Commemorations ut supra die 27 et 28 Novembris.

Die 2 Decembris

S. Bibianæ Virg. et Mart.

Semiduplex

Missa ut in Missali hac die.

Et fit Commemoratio Octavæ; 3^a Oratio, in Adventu, Feriæ, extra Adventum de sancta Maria Concéde.

Die 3 Decembris
In Octava S. Conradi Ep. et Conf.

Duplex majus

Missa ut in Festo. 20*

Et fit Commemoratio S. Francisci Xaverii Conf., ut in Missali hac die, deinde, in Adventu, Feriae.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Francisco Xaverio Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione diei Octavæ et, in Adventu, Feriae.

Die 22 Decembris
Beati Petri Canisii Confessoris

Duplex

Missa Justus ut palma, de Communi Conf. non Pont. 2 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio P

Deus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum Confessórem tuum virtute et doctrina roborásti: concéde propitius; ut ejus exémplis et móritis errantium corda ad salútem resipiscant, et fidélium mentes in veritatis confessióne persevérant. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Feriae.

Secreta P

Sanctifica, misericors Deus, hæc múnera et præsta: ut, sicut Unigénitus tuus holocáustum pro nobis fieri dignátus est; ita beáti Petri Confessóris exémplo nos júgiter exhibeámus tibi hóstiam laudis. Per eúndem Dóminum.

Postcommunio P

Sacrificium, Dómine, quod in honórem beáti Petri Confessóris obtúlimus: fidem nostram, spem

et caritátem adáugeat; clésiam tuam nova se läftificet. Per Dóminum.

FESTA JANUARII

Die 19 Januarii

¶ In iis parochiis, in quibus est pia Associatio S. Francisci Xaverii Conf., ut in Missali mittitur hac die unica missa in Titulo

S. Familiæ Jesu, Mariano

Duplex majus

Missa Exsúltet, ut inter missis aliquibus locis.

Et fit Commemoratio S. Francisci et Soc. Mm. ac S. Caspari Mart., ut in Missali hac die.

¶ Idem privilegium est pro iisdem parochiis de statu externa hujus Festi, quod in minorem translatum. Commemoratio Dominica, quæ occurrant, ac legimus missum Dominicæ in Missali Dominicæ in Missali Rubricas. In Dominicis vero missis de Titulo Associati, tantum Commemoratio missa conclusione cum Oratione dominicæ, et legitur Evangelium, et miliæ in fine, juxta Rubricas.

Die 28 Januarii

S. Meinradi Mart.

Duplex

Missa In virtute, de missa unius Martyris 3 loco.

Et fit Commemoratio S. Meinradi Mart. secundo missalii, ut in Missali hac die.

FESTA MARTII

Die 2 Martii

B. Henrici Susonis Confessoris
Duplex

Introitus

Ps. 91, 13-14

 **U**stus ut palma florébit:
sicut cedrus Libani multiplícabitur: plantátus in
domo Dómini: in átriis
domus Dei nostri. Ps. ibid., 2 Bo-
num est confitéri Dómino: et psál-
tere nómini tuo, Altissime.

V. Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui beátum Henricum Con-
fessórem tuum cóporis mor-
ficatióne et caritáte mirábilem
fecisti: concéde; ut Christum
crucifixum corde diligere et ópere
nobis exprímere valeámus. Per
imdem Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Comme-
moratio Feriae.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apó-
stoli ad Philippenses

Philipp. 3, 7-12

Fratres: Quæ mihi fuérunt lucra,
hæc arbitrátus sum propter
Christum detriménta. Verúmtan-
ten existimo ómnia detriméntum
esse propter eminéntem scién-
tiam Jesu Christi, Dómini mei:
propter quem ómnia detrimén-
tam feci, et ábitrór ut stércora,
Christum lucrífaciam, et invé-
iar in illo, non habens meam
justitiam, quæ ex lege est, sed
Iam, quæ ex fide est Christi
Jesu: quæ ex Deo est justitia in
de, ad cognoscéndum illum, et
virtutem resurrectiōnis ejus, et

societátem passiόnum illius: con-
figurátus morti ejus: si quo modo
occúrram ad resurrectiōnem, quæ
est ex mórtuis: non quod jam ac-
céperim, aut jam perféctus sim:
sequor autem, si quo modo com-
prehéndam, in quo et compre-
hensus sum a Christo Jesu.

Graduale Ps. 36, 30-31 Os justi
meditábitur sapiéntiam, et lingua
ejus loquétur judicium. **V.** Lex Dei
ejus in corde ipsius: et non sup-
plantabúntur gressus ejus.

Tractus Ps. 111, 1-3 Beátus vir,
qui timet Dóminum: in mandatis
ejus cupit nimis. **V.** Potens in terra
erit semen ejus: generatio rectó-
rum benedicétur. **V.** Glória et divi-
tiae in domo ejus: et justitia ejus
manet in sáculum sáculi.

 Sequéntia sancti Evangélii se-
cundum Matthæum

Matth. 11, 25-30

In illo témpore: Respóndens Je-
sus, dixit: Confiteor tibi, Pater,
Dómine cæli et terræ, quia abs-
condisti hæc a sapiéntibus et pru-
déntibus, et revelásti ea párvulis.
Ita Pater: quóniam sic fuit pláci-
tum ante te. Omnia mihi trádita
sunt a Patre meo. Et nemo novit
Fílium, nisi Pater: neque Patrem
quis novit, nisi Fílius, et cui vo-
luerit Fílius reveláre. Venite ad
me omnes, qui laborátis, et one-
ráti estis, et ego reficiam vos. Tól-
lite jugum meum super vos, et
discite a me, quia mitis sum, et
húmilis corde: et inveniétis réqui-
em animábus vestris. Jugum enim
meum suáve est, et onus meum
leve.

Offertorium Ps. 20, 2-3 In virtute tua, Dómine, lætabitur justus, et super salutare tuum exsultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

Secreta

Dómine Jesu Christe, qui hæc sacra in tui commemoratiōnem fieri præcepisti: præsta; ut, beati Henrici imitatiōne, te jūgiter cogitēmus atque sapiāmus. Qui vivis et regnas.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ.

Communio Matth. 19, 28 et 29 Amen dico vobis: quod vos, qui reliquistis ómnia, et secuti estis me, céntuplum accipiētis, et vitam ætérnam possidēbitis.

Postcommunio

Divinæ sapiētiæ mensa refécti, quæsumus, omnīpotens Deus: ut per Sacramēta, quæ sūmpsimus; beato Henrico intercedēnte, ad vitam ætérnam enutriāmur. Per Dóminum nostrum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ, ac legitur ejus Evangelium in fine.

¶ Missæ privatæ dici possunt in Quadragesima, juxta Rubricas, etiam de Feria, cum Commemoratione B. Henrici Susonis.

Die 3 Martii

S. Cunigundis Imperatricis, Virg.

Duplex

Missa Dilexisti, de Communi Virginum 3 loco, præter Orationem sequentem:

Oratio P

Deus, qui beatæ Cunigundi Virgini tuæ terréna despícere, et

ad cælestis impérii culmen anhélare tribuisti: concéde, quæsumus ut ejus imitatiōne, calcatis mundillécebris, ad gáudia æterna secū pervenire valeāmus. Per Dóminum nostrum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ, ac legitur ejus Evangelium in fine.

Secreta

C

Accépta tibi sit, Dómine, sacrata plebis oblātio pro tuorum honore Sanctórum: quorum se méri tis de tribulatiōne percepisse cognoscit auxilium. Per Dóminum.

Postcommunio C

Satiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione no rēfove, cujus sollēmnia celebrāmus. Per Dóminum.

¶ Missæ privatæ dici possunt in Quadragesima, juxta Rubricas, etiam de Feria, cum Commemoratione S. Cunigundis.

Die 6 Martii

S. Fridolini Abbatis

Duplex

Missa Os justi, de Communi Abbatum, præter Orationes sequentes

Oratio P

Deus, qui perfécte coram tū ambulántibus protéctor es et merces magna nimis: da nobis beati Fridolini Abbatis intercessione et exēmplo; temporália despícere, et ad te tota mentis intentione festinare. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Ss. Perpetuae et Felicitatis Mm.:

Oratio

Da nobis, quæsumus, Dómine,
Deus noster, sanctarum Mártyrum tuárum Perpétuæ et Felicitatis palmas incessábili devotióne
venerári: ut, quas digna mente
non pôssumus celebráre, humili-
bus saltem frequentémus obsé-
quii. (Per Dóminum.)

Deinde, in Quadragesima, Com-
memoratio Feriæ.

Secreta P

Tribue, quæsumus, Dómine, vir-
tútum cælestium decus: ut sa-
crafficia pro sancti Fridolini Abbátis
sollemnitáte tuæ majestáti obláta;
et desidérium temporále nos dô-
ceant habére contémptum, et am-
bare dona fáciant cælestium gau-
diorum. Per Dóminum.

Pro Ss. Perpetua et Felicitate

Secreta

Inténde, quæsumus, Dómine, mû-
nera altáribus tuis pro sanctá-
rum Mártyrum tuárum Perpétuæ
et Felicitatis festivitaté propósita:
ut, sicut per hæc beáta mystéria
illis gloriâ contulisti; ita nobis
indulgéntiam largiáris. (Per Dómi-
num nostrum.)

Deinde, in Quadragesima, Com-
memoratio Feriæ.

Postcommunio P

Prosint nobis, quæsumus, Dómi-
ne, frequentáta mystéria: quæ
nos, intercedénte beáto Fridolino
Abbáte; a cupiditáibus terrénis
expédiant, et instruant amáre cæ-
lestia. Per Dóminum.

Pro Ss. Perpetua et Felicitate

Postcommunio

Mýsticis, Dómine, repléti sumus
votis et gáudiis: præsta, quæ-

sumus; ut intercessióibus sanctárum Mártyrum tuárum Perpétuæ et Felicitatis, quæ temporáliter ágimus, spirituáliter consequámur. (Per Dóminum.)

Deinde, in Quadragesima, Com-
memoratio Feriæ, ac legitur ejus
Evangelium in fine.

J Missæ privatæ dici possunt et-
iam, juxta Rubricas, aut de Ss.
Perpetua et Felicitate Mm., ut in
Missali hac die, cum Commemo-
ratione S. Fridolini et, in Quadra-
gesima, Feriæ, cujus tunc etiam
Evangelium legitur in fine; aut, in
Quadragesima, de Feria, cum Com-
memoratione S. Fridolini ac Ss.
Perpetuæ et Felicitatis.

Die 15 Martii

S. Clementis Mariæ Hofbauer

Confessoris

Duplex

Missa Justus ut palma, de Com-
muni Conf. non Pont. 2 loco, præ-
ter Orationes sequentes:

Oratio P

Deus, qui beátmum Cleméntem
Mariam miro fidei róbore et
invictæ constántiae virtúte deco-
rásti: ejus méritis et exémplis fac
nos, quæsumus, ita fortes in fide et
caritaté fervéntes; ut præmia con-
sequámur ætéerna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ, ac
legitur ejus Evangelium in fine.

Secreta P

Ille nos, quæsumus, Dómine, de-
votionis ignis accéndat: quo
beáthus Clemens Maria, dum salu-
tárem offérret hóstiam, júgiter fla-
grávit. Per Dóminum.

Postcommunio P
Caelésti pane reféctis concéde
Nobis, omnípotens Deus: ut
 beáti Cleméntis exémplo, in forti-
 tudine cibi illius usque ad montem,
 qui Christus est, feliciter perveniá-
 mus: Qui tecum vivit et regnat.

¶ Missæ privatæ dici possunt, jux-
 ta Rubricas, etiam de Feria, cum
 Commemoratione S. Clementis Ma-
 riæ Hofbauer.

FESTA APRILIS

Die 23 Aprilis

S. Georgii Martyris
Semiduplex

In civitate Friburgensi:
Duplex majus

Missa Protexisti, ut in Missali
hac die.

Die 24 Aprilis

In territorio Hohenzollerano:
S. Fidelis a Sigmarina Mart.

Duplex majus

Missa Protexisti, ut in Missali
hac die.

Die 27 Aprilis

S. Trudperti Martyris
Duplex

Missa Protexisti, de Communi
Martyrum Tempore Paschali 1 loco,
cum Orationibus 4 loco positis.

Feria IV infra hebdomadam IV
post Octavam Paschæ

In Dedicatione
Ecclesiæ Cathedralis

Duplex I cl. cum Octava communi
Missa Terribilis, de Communi De-
dicationis Ecclesiæ.

De occurrenti Dupli majori vel
minori aut Semiduplici fit Com-

memoratio in Missis privatis
tantum.

¶ Infra Octavam de ea fit
vel saltem Commemoratio, p.
Rubricas. 2^a Oratio pro di-
Temporum assignata de
Maria Concéde, 3^a contra
cutores Ecclesiæ vel pro Pe-

Feria IV Rogationum

In Octava Dedi- cationis Ecclesiæ Cathedrals

Duplex majus

Missa Terribilis, de Com-
municationis Ecclesiæ.

Et fit Commemoratio
Ascensionis et Rogationum,
Rubricas; et in fine legitur
gelium Vigiliæ.

¶ Missæ privatæ dici poss-
iam, juxta Rubricas, aut de
Ascensionis, ut in Missali h-
cum Commemoratione diei
væ, Duplicis majoris vel
aut Semiduplicis forte occu-
et Rogationum; aut de
majori vel minori aut Sem-
forte occurrenti, cum Com-
moratione diei Octavæ, Vigiliae
sionis et Rogationum, et E-
lio Vigiliæ Ascensionis in

FESTA MAJI

Die 16 Maji

S. Joannis Nepomuceni
Duplex majus

Introitus

Ps. 63



rotexisti me, Deus
véntu malignu
lelúja: a multitudi
rántium iniquitati
lelúja, allelúja. Ps. ibid., 21

Deus, oratiōnem meam cum déprecor: a timōre inimici éripe ánimam meam. **Y.** Glória Patri.

Oratio

Deus, qui ob invictum beati Johannis sacramentale silētum nova Ecclésiam tuam martýrii coróna decorásti: da nobis, ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodire; ac ómnia pótius mala quam ánimae detriméntum in hoc sáculo toleráre. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Ubaldi Ep. et Conf.:

Oratio

Auxilium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placátus impénde: et, intercessióne beati Ubaldi, Confessoris tui atque Pontificis, contra omnes diáboli nequitias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiae

Sap. 5, 1-5

Stabunt justi in magna constántia adverſus eos, qui se angustiavérunt et qui abstulérunt labores eórum. Vídentes turbabúntur timōre horribili, et mirabúntur in subitatióne insperátæ salútis, dicéntes intra se, pæniténtiam agéntes, et præ angústia spíritus geméntes: Hi sunt, quos habúimus aliquando in derísum, et in similitudinem impropérii. Nos insensáti vitam illórum æstimabámus insániam, et finem illórum sine honore: ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illórum est.

Allelúja, allelúja. **Y.** Ps. 88, 6 Confitebúntur cæli mirabilia tua, Dómine: étenim veritátem tuam in

ecclésia sanctórum. Allelúja. **Y.** Ps. 20, 4 Posuisti, Dómine, super caput ejus corónam de lápide pretiósso. Allelúja.

 **Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthæum**
Matth. 10, 26-32

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nihil est opértum, quod non revelábitur; et occultum, quod non sciétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine: et quod in aure auditis, prædicáte super tecta. Et nolite timére eos, qui occidunt corpus, ánimam autem non possunt occidere; sed pótius timéte eum, qui potest et ánimam et corpus pérdere in gehennam. Nonne duo pásseres assevéneunt: et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli cápitis omnes numeráti sunt. Nolite ergo timére: multis passéribus meliores estis vos. Omnis ergo, qui confitébitur me coram homínibus, confitébor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

Offertorium Ps. 88, 6 Confitebúntur cæli mirabilia tua, Dómine: et veritátem tuam in ecclésia sanctórum, allelúja, allelúja.

Secreta

Per hæc tua, Dómine, sacra mystéria illo nos caritatis igne accendámur: quo ínclytus Martyr Joánnes eádem peragéndo flagrávit. Per Dóminum.

Pro S. Ubaldo

Secreta

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

8* Sabbato post Octavam s̄ni Corporis Christi, Festa Julii (8)

Communio Ps. 63, 11 **Lætabitur justus in Dōmino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde, alleluja, alleluja.**

Postcommunio

Spíritum, Dōmine, fortitudinis hæc nobis tribuat mensa cælestis: quæ beati Mártyris tui Joánnis pro sacraménti honore tentatam constántiam, júgiter áluit ad victóriam. Per Dóminum.

Pro S. Ubaldo Postcommunio
Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercéidente beato Ubaldo Confessóre tuo atque Pontifice, beneficia potíora sumámus. Per Dóminum.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Ubaldo Ep. et Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Joannis Nepomuceni.

Sabbato post Octavam sanctissimi Corporis Christi

¶ In iis parochiis, in quibus erecta est Confraternitas Purissimi Cordis B. Mariæ Virg. pro conver-sione peccatorum, permittitur hac die vel Dominica sequenti pro sol-lemnitate externa unica Missa de Titulo Confraternitatis

Purissimi Cordis B. Mariæ Virg.

Duplex majus

Missa Omnis glória, ut inter Festa pro aliquibus locis.

Et tam in Sabbato quam in Domínica sequenti fit Commemoratio Missæ diei currentis et aliæ, quæ occurrant, et in Dominica legitur illius Evangelium in fine, juxta Rubricas.

FESTA JULII

Die 8 Julii

Ss. Kiliani Ep. et Sociorum

Duplex

Missa Intret, de Communi morum Martyrum 1 loco, p. Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui sanctórum Mártyris Kiliáni et Sociórum ejus mætibus in passióne constántiam spirásti: concéde propítius; ut, ut illi, devictis persecutóribus, coronári meruérunt, ita nos, eis interventione, tua semper protectione lætémur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Elisabethae Reginæ, Vid., ut in Missali hac die.

Secreta

Adéstō, Dōmine, supplicia bus nostris, quas in Sanctorum tuórum commemoratione ferimus: ut, qui nostræ justificatióndúciā non habémus, eórum tibi placuérunt, méritis adjuvemur. Per Dóminum.

Postcommunio

Quæsumus, Dōmine, salutem repléti mystériis: ut, quæ sollémnia celebrámus, eórum tiónibus adjuvémur. Per Dóminum.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Elisabethae Regina, Vid., ut in Missali hac die cum Commemoratione Ss. Kiliani et Sociorum.

Die 11 Julii

S. Udalrici Monachi, Confessoris

Semiduplex

Missa Os justi, de Communi non Pont. 1 loco, præter Orationem sequentem:

Oratio P

Deus, qui nos admones, exēm-
plo beati Udalrici temporalia
despicere et ad æterna festinare:
da fāmulis tuis; ut, quæ tibi plācita
cognovimus, ipso pro nobis inter-
cedente, implere valeamus. Per
Dōminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Pii I Papæ
et Mart.:

Oratio

Infirmitatem nostram respice, om-
nipotens Deus: et, quia pondus
propriæ actiōnis gravat, beati
Mártiris tui atque Pontificis inter-
céssio gloriōsa nos protégat. Per
Dōminum nostrum.

Secreta C

Laudis tibi, Dōmine, hōstias im-
molámus in tuorum commemo-
ratione Sanctorum: quibus nos
et præsentibus éxui malis confidi-
mus et futuris. Per Dōminum.

Pro S. Pio I Secreta

Hōstias tibi, Dōmine, beati
Mártiris tui atque Pontificis
dicatas méritis, benignus assúme:
et ad perpétuum nobis tribue pro-
venire subsídium. Per Dōminum.

Postcommunio C

Refécti cibo potuque cælesti, De-
us noster, te súpplices exorá-
mus: ut, in cuius hæc commemo-
ratione percépimus, ejus muniá-
mur et précibus. Per Dōminum.

Pro S. Pio I Postcommunio

Refécti participatiōne múnneris sa-
cri, quæsumus, Dōmine, Deus
noster: ut, cujus exséquimur cul-
tum, intercedente beati Pio Mártire
tuo atque Pontifice, sentiá-
mus efféctum. Per Dōminum.

Die 15 Julii

S. Henrici Imperatoris, Conf.
Duplex majus

Missa Os justi, ut in Missali hac die.

Die 24 Julii

B. Bernardi Confessoris,
Marchionis Badenæ,
Patroni Reipublicæ Badensis

In territorio Badensi:
Duplex I classis

In territorio Hohenzollerano:
Duplex majus

Missa Os justi, de Communi Conf.
non Pont. 1 loco, præter Orationes
sequentes:

Oratio P

Deus, qui beatum Bernárdum
Confessórem tuum æternitatis
láurea decorásti: concéde pro-
pitius; ut, qui commémoratiōnis
ejus festa percólimus, vitæ quo-
que imitémur exémpla. Per Dó-
minum nostrum.

In territorio Badensi dicitur Credo.

In territorio Hohenzollerano tan-
tum fit Commemoratio Vigiliæ S.
Jacobi Apostoli, deinde S. Christinæ
Virg. et Mart., ut in Missali hac die,
et legitur Evangelium Vigiliæ infine.

Secreta P

Hæc hōstia, Dōmine, placatiōnis
et laudis, intercedente beato
Bernárdo Confessóre tuo, emundet
nostra delicta: et vitam nobis cón-
ferat sempiternam. Per Dōminum.

Postcommunio P

Repléti cibo spirituális alimóniæ,
súpplices te, Dōmine, depre-
cámur: ut, précibus beati Bernárdi
Confessoris tui, dóceas nos terré-
na despícere, et amáre cælestia.
Per Dōminum.

J In territorio Hohenzollerano Missæ privatae dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Vigilia S. Jacobi Apostoli, ut in Missali hac die, cum Commemoratione B. Bernardi ac S. Christinæ.

FESTA AUGUSTI

Die 27 Augusti

S. Gebhardi Ep. et Conf.

Duplex

Missa Sacerdótes tui, de Communi Conf. Pont. 2 loco.

Et fit Commemoratio S. Josephi Calasanctii Conf., ut in Missali hac die.

J Missæ privatae dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Josepho Calasanctio, ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Gebhardi.

FESTA SEPTEMBRIS

Die 17 Septembris

In Archidioecesi:

S. Lamberti Ep. et Mart.

Duplex

Introitus



audeámus omnes in Dómino, diem festum celebrantes sub honore beati Lamberti Mártiris: de cuius passióne gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. Ps. 32, 1 Exsultáte, justi, in Dómino: rectos decet collaudátio.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui nos beáti Lamberti Mártiris tui atque Pontificis annua sollemnitate laetificas, cede propitius; ut, cujus misericordia colimus, de ejúsdem étiam protectione gaudeámus. Per Domum tuam.

Et fit Commemoratio Imprimatur Ss. Stigmatum S. Francisci C

Oratio

Dómine Jesu Christe, quoniam gescénte mundo, ad inmandum corda nostra tui a igne, in carne beatissimi Patris, passiónis tuæ sacra stigmata novásti: concéde propitius; ut méritis et précibus crucis perferámus, et dignos fructus beatitiae faciámus: (Qui vivis).

Deinde, in Quatuor Tempore Commemoratio Feriæ.

Léctio Epistolæ beáti Pauli apóstoli ad Hebráeos 13, 1-7. Hebr.

Fratres: Omnis póntifex est in minibus assúmptus, pro omnibus constitúitur in iis, quae ad Deum: ut ófferat dona, crificia pro peccátis: qui célére possit iis, qui ignórant: riant: quóniam et ipse circumspectus est infirmitáte: et pro debet, quemádmodum pro deo, ita étiam et pro semetipsum ferre pro peccátis. Nec quis sumit sibi honórem, sed quoniam cátur a Deo, tamquam Aaron et Christus non semetipsi sufficávit, ut Póntifex fieret: sed locútus est ad eum: Filius es tu, ego hódie génui te. Quod admodum et in álio loco dicitur: es sacérdos in ætérnum, secundum órdinem Melchisedech.

Graduale Eccli. 44, 16 Ecce sacerdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. **V.** Ibid., 20 Non est invéntus similis illi, qui conserváret legem Excélsi.

Alleluja, alleluja. **V.** Joann. 10, 14 Ego sum pastor bonus: et cognóscō oves meas, et cognóscunt me meæ. Alleluja.

 **Sequēntia sancti Evangélii scúnđum Joánnem**

Joann. 10, 11-16

In illo témpore: Dixit Jesus pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Mercennárius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves própriæ, videt lupum veniéntem, et dimittit oves, et fugit: et lupus rapit, et dispérgit oves: mercennárius autem fugit, quia mercennárius est, et non pértingit ad eum de óvibus. Ego sum pastor bonus: et cognóscō meas, et cognóscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnóscō Patrem: et ánimam meam pono pro óvibus meis. Et álias oves hábeo, quæ non sunt ex hoc ovili: et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudent, et fiet unum ovile, et unus pastor.

Offertorium Ps. 20, 4-5 Posuisti, Dómine, in cápite ejus corónam de lápide pretiósso, vitam pétiit a te, et tribuísti ei, alleluja.

Secreta

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctifica: et, intercedénte beáto Lambérto Mártyre tuo atque Pontifice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum.

Pro S. Francisco Secreta

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctifica: et, intercedénte beáto Francisco, ab omni nos culpárum labe purífica. (Per Dóminum.)

Deinde, in Quatuor Temporibus, Commemoratio Feriæ.

Communio Joann. 10, 14 Ego sum pastor bonus, et cognóscō oves meas, et cognóscunt me meæ.

Postcommunio

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine: et, intercedénte beáto Lambérto Mártyre tuo atque Pontifice, cælestis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Francisco Postcommunio

Deus, qui mira crucis mystéria in beáto Francisco Confessore tuo multifórmiter demonstrásti: da nobis, quæsumus; devotiónis suæ semper exémpla sectári, et assidua ejúsdem crucis meditatióne muníri. (Per Dóminum.)

Deinde, in Quatuor Temporibus, Commemoratio Feriæ, et legitur ejus Evangelium in fine.

¶ Missæ privatæ dici possunt etiam, juxta Rubricas, aut de Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci Conf., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Lamberti et, in Quatuor Temporibus, Feriæ, cujus tunc etiam Evangelium legitur in fine; aut, in Quatuor Temporibus, de Feria, cum Commemoratione S. Lamberti et Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci.

Eadem die 17 Septemboris

In civitate Friburgensi:

Ss. Lamberti Ep. et Alexandri

Martyrum,

Patronorum civitatis Friburgensis

Duplex I cl. cum Octava communi

Introitus

Ps. 36, 39



alus autem justorum a
Dómino: et protéctor
eórum est in témpore
tribulatiónis. Ps. ibid., 1

Noli aemulári in malignántibus:
neque zeláveris faciéntes iniqui-
tátēm. V. Glória Patri.

Oratio

Da nobis, quæsumus, Dómine,
beatórum Mártyrum tuórum
Lambérti et Alexándri sollemni-
tátibus (in Missis votivis dicatur:
commemoratióne) gloriári: ut eó-
rum semper et patrociniis suble-
vémur, et fidem cóngrua devotio-
ne sectémur. Per Dóminum.

Et, in Missis privatis lectis tan-
tum, fit Commemoratio Impres-
sionis Ss. Stigmatum S. Francisci
Conf.:

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui, fri-
gescénte mundo, ad inflam-
mándum corda nostra tui amóris
igne, in carne beatissimi Francíisci
passiónis tuae sacra stigmata re-
novásti: concéde propitius; ut ejus
méritis et précibus crucem júgiter
ferámus, et dignos fructus pæni-
téntiæ faciámus: (Qui vivis.)

Deinde in omnibus Missis, in
Quatuor Temporibus, Commemo-
ratio Feriæ.

Léctio libri Sapiéntiae

Sap. 3, 1-8

Justórum ánimæ in manu
sunt, et non tanget illos
mémentum mortis. Visi sunt
insipiéntium mori: et aestimát
afflictio éxitus illórum: et q
nobis est iter, exterminium: i
tem sunt in pace. Et si cora
minibus torménta passi sunt,
illórum immortalité plena
In paucis vexáti, in multis
disponéntur: quóniam Deus
távit eos, et invénit illos digni
Tamquam aurum in fornáce
bávit illos, et quasi holocáus
stiam accépit illos, et in té
erit respéctus illórum. Fulg
justi, et tamquam scintillæ in
dinéto discurrent. Judicábun
tiones, et dominabúntur p
et regnábit Dóminus illórum
perpétuum.

Graduale Exodi 15, 11 Gl
Deus in Sanctis suis: mira
majestáte, fáciens prodigia. D
Déxtera tua, Dómine, glo
est in virtute: déxtera mea
confrégit inimicos.

Alleluja, alleluja. V. Eccl.
Córpora Sanctórum in pace
ta sunt, et nómina eórum
in generatióne et genera
Alleluja.

In Missis votivis

Post Septuagesimam, o
alleluja et Versu sequenti, c

Tractus Ps. 125, 5-6 Qu
nant in lácrimis, in gáudio
V. Eúntes ibant et fle
téntes sémina sua. V. V
autem vénient cum ex
portántes manipulos suos.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam

Luc. 21, 9-19

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum audiéritis prælia et seditiones, nolite terréti: opórtet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis: Surget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum. Et terræmotus magni erunt per loca, et pestiléntiæ, et fames, terrorésque de cælo, et signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia injícient vobis manus suas, et persequéntur tradéntes in synagógas et custódias, trahéntes ad reges et præsides propter nomen meum: contínget autem vobis in testimónium. Pónite ergo in córdibus vestris non præmeditári quemádmodum respondeátis. Ego enim dabo vobis os et sapiéntiam, cui non pótérunt resistere, et contradicere omnes adversárii vestri. Tradémini autem a paréntibus, et fratribus, et cognátis, et amícis, et morte affícient ex vobis: et éritis ódio ómnibus propter nomen meum: et capillus de cápite vestro non peribit. In patiéntia vestra possidébitis áimas vestras.

Credo, et dicitur per totam Octavam.

In Missis votivis post Septuagimam in fine sequentis Offertorii **H**allelúja omittitur.

Offertorium Ps. 149, 5-6 **E**xsultabunt Sancti in glória, lætabuntur in cubilibus suis: exaltationes ei in fáucibus eorum. (Alleluja.)

Secreta

Oblátis, quæsumus, Dómine, plácere munéribus: et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Lambérto et Alexándro, a cunctis nos defénde periculis. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Francisco **Secreta**

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctifica: et, intercedénte beáto Francíscico, ab omni nos culpárum labe purifica. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Feriæ ut supra.

Communio Luc. 12, 4 Dico autem vobis amícis meis: Ne terreámini ab his, qui vos persequúntur.

Postcommunio

Hæc nos communio, Dómine, purget a crímine: et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Lambérto et Alexándro, cælestis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Francisco **Postcommunio**

Deus, qui mira crucis mystéria in beáto Francíscico Confessóre tuo multifórmiter demonstrásti: da nobis, quæsumus; devotiónis suæ semper exémpla sectári, et assídua ejúsdem crucis meditatióne muniri. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Feriæ ut supra.

¶ Pro votiva Tempore Paschali dicatur Missa Sancti tui, de Communi 2 loco, cum Orationibus ut supra.

¶ Infra Octavam de ea fit Commemoratio, juxta Rubricas.

Die 22 Septembris

S. Landelini Martyris

Duplex

Introitus Ps. 20, 2-3

Non virtute tua, Dómine, lætabitur justus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei. Ps. ibid., 4 Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcédinis: posuisti in capite ejus corónam de lápide pretioso. **V.** Glória Patri.

Oratio

Deus, pro cuius nōmine beátus Landelinus Martyr occubuit: præsta, quæsumus; ut, ipsius exemplo animas nostras in patientia possidéntes, coronari cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Thomæ de Villanova Ep. et Conf.:

Oratio

Deus, qui beátum Thomam Pontificem insignis in páuperes misericordiæ virtute decorásti: quæsumus; ut, ejus intercessione, in omnes, qui te deprecántur, divitias misericordiæ tuæ benignus effundas. (Per Dóminum.)

Deinde, in civitate Friburgensi, Commemoratio Octavæ, ut supra.
12*

Postea, in Quatuor Temporibus, Commemoratio Feriæ.

Denique Commemoratio Ss. Mauritii et Soc. Mm.:

Oratio

Annue, quæsumus, omnipotens Deus: ut sanctorum Mártirum tuorum Mauritii et Sociorum

ejus nos lætificet festiva solennitas; ut, quorum suffragiis mur, eórum nataliciis glorié Per Dóminum.

Léctio Jeremiac Prophétæ

Thren. 3, 24-30

Pars mea Dóminus, dixit anima mea: propterea exspecto eum. Bonus est Dóminus spectibus in eum, animæ querendum. Bonum est præstolari cœsilento salutare Dei. Bonum viro, cum portáverit jugum adolescētia sua. Sedébit sororius, et tacébit, quia levavit se; ponet in púlvere os suum forte sit spes: dabit percutientem maxillam, saturabitur opprobrii.

Graduale Ps. 111, 1-2 Beatus qui timet Dóminum: in manu ejus cupit nimis. **V.** Potens in terris semen ejus: generatio regum benedicetur.

Alleluja, alleluja. **V.** Ps. 20, 4 suisti, Dómine, super caput corónam de lápide pretioso. **lúja.**

Sequentia sancti Evangelii cùndum Matthæum

Matth. 16, 24-27

In illo tempore: Dixit Jesus Iuluis suis: Si quis vult posse venire, abneget semetipsum tollat crucem suam, et sequar me. Qui enim voluerit animam salvam facere, perdet eam: autem perdiderit animam propter me, invéniet eam. Qui enim prodest hómini, si non universum lucrétur, animæ suæ detriméntum patiatur? quam dabit homo commutati-

**pro ánima sua? Filius enim hómini
nis ventúrus est in glória Patris sui
cum Angelis suis: et tunc reddet
unicuique secúndum ópera ejus.**

Offertorium Ps. 8, 6-7 Glória et honore coronásti eum: et consti-
tuísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

Secreta

Oblatiónes nostras, quæsumus,
Dómine, Deus noster, sanctí-
fica: et, suffrágiis beáti Landelini
Mártiris tui, in omni tribulatióne
virtute patiéntiæ nos róbora. Per
Dóminum nostrum.

Pro S. Thoma de Villanova

Secreta

Sancti Thomæ Confessóris tui
atque Pontificis, quæsumus,
Dómine, ánnua sollémnitas pietati
tuæ nos reddat accéptos: ut, per
hæc piæ placatiónis officia, et il-
lum beáta retribútio comítetur, et
nobis gratiæ tuæ dona conciliet.
(Per Dóminum.)

Deinde, in civitate Friburgensi,
Commemoratio Octavæ, ut supra.
13*

Postea, in Quatuor Temporibus,
Commemoratio Feriæ.

Pro Ss. Mauritio et Soc. Secreta

Réspice, quæsumus, Dómine,
múnera, quæ in sanctórum
Mártirum tuórum Mauriti et So-
ciórum ejus commemoratione de-
férimus: et præsta; ut, quorum
honore sunt grata, eórum nobis
fiant intercessióne perpétua. Per
Dóminum nostrum.

Communio Matth. 16, 24 Qui vult
venire post me, abneget semetip-
sum, et tollat crucem suam, et se-
quátur me.

Postcommunio

Præbeant nobis, Dómine, divi-
num tua sancta fervórem: ut
exémplo beáti Landelini Mártiris
tui crucem fórtiter ferámus; et in
sequéndo Christo Jesu, Dómino
nostro, numquam deficiámus: Qui
tecum vivit et regnat.

Pro S. Thoma de Villanova

Postcommunio

Deus, fidélium remunerátor ani-
márum: præsta; ut beáti Tho-
mæ Confessóris tui atque Pontifi-
cis, cujus venerándam celebrámus
festivitatē, précibus indulgénti-
am consequámur. (Per Dóminum.)

Deinde, in civitate Friburgensi,
Commemoratio Octavæ, ut supra.
13*

Postea, in Quatuor Temporibus,
Commemoratio Feriæ.

Pro Ss. Mauritio et Soc.

Postcommunio

Caeléstibus refécti sacraméntis
et gáudiis: súpplices te rogá-
mus, Dómine; ut, quorum gloriá-
mur triúmphis, protegámur auxí-
liis. Per Dóminum.

In Quatuor Temporibus legitur
Evangelium Feriæ in fine.

¶ Missæ privatae dici possunt et-
iam, juxta Rubricas, aut de S. Tho-
ma de Villanova Ep. et Conf., ut
in Missali hac die, cum Comme-
moratione S. Landelini, in civitate
Friburgensi Octavæ, Feriæ Qua-
tuor Temporum, si occurrat, cum
ejus Evangelio in fine, ac deni-
que Ss. Mauriti et Soc.; aut, in
Quatuor Temporibus, de Feria, cum
Commemoratione S. Landelini, S.
Thomæ de Villanova, in civitate